MICOL FIDELIS

DRAMA SACRVM

AVCTORE

FRANCISCO POSTERLA

ROMANO

Muſicis adaptatum concentibus

ADOMINICO LAVRELLI

Et decantandum

IN SACELLO ARCHICONFRATERNITATIS

SANCTISSIMI

CRVCIFIXI

Feria vj. poſt Dominicam tertiam Quadrageſimæ.

ROMÆ, apud Io: Franciſcum Buagni. MDCCVI.

Superiorum Facultate.

Digitized by Google

Digitized by Google

ARGOMENTO.

S*Degnatoſi Saulle contro Dauide, ſarebbe queſti ſenza dubbio reſtato vittima del ſuo furore, ſe dalla Prudentiſſima Micole ſua Conſorte non gli veniua aperto l'adito alla fuga. Pugnando in progreſſo di tempo Saulle contro de Filiſtei reſtò perdente nel Campo, e riposta tutta la ſua ſicurezza alla fuga, trouandoſi poſcia diſperato per vederſi inſeguito dagli Inimici, da quali gl'erano ſtati vcciſi i Figli, tolta, dal fianco d'vn Soldato la Spada da ſe ſteſſo ſi ſuenò. Allora tutto il Popolo d' Iſdraele lieto, e feſtiuo corſe ad incoronar Dauide per ſuo Rè, il quale aſſunto al Trono ritornò con la ſua fedeliſſima Micole ricuperata dalle mani di Falto, al quale per violente Comando del Genitore dopo la fuga di Dauide s'era ſpoſata, paſſando dalle ſuenture ſofferte alla bramata quiete d'vn sì pacifico Imeneo. Il tutto nel ſacro Teſto al Lib.* 1. de Rè cap. 16. e 31. & al 2. libro cap. 3.

INTER

INTERLOCVTORES.

MICOL.

DAVID.

SAVL.

PHALTVS.

CHORVS MILITVM.

Digitized by Google

PRIMA PARS.

Mic. FVge, Fuge Catenas ſonantes,
Iam propinquus fertMilitum clamor;
Fuge, Fuge: Pennasque volantes
Pedi amato nunc commodet Amor.
Fuge &c.

Dau. Nox noctis expers? orba quietis quies?
Heu nunc quis nobis negat
Conceſſum cunctis ſomnum? quo tantusfragor?

Mic. Fuge, fuge catenas ſonantes
Iam proquinqus fore Militum clamor.
Leues excute ſomnos
Dauid pars cordis mei, Genitor ferox
Tibi mortem minatur,
Et zelotipus Regni
Nos perſequitur plus, quo plus amatur;
Fuge impetus iniuſtos
Iræ nimis ſeueræ,
Et noſtram vita tua vitam tuere.
Fuge precor, & hanc vitam,
Qua te ducis tecum feras;
Si tirannica poteſtas
Ferro manus dat infeſtas,
In me vomet non inuitam
Crudas minas, & ſeueras.
Fuge &c.

O fu-

Dau. O fuga morte durior, quo Sponſa iubes
Ingratas ducam vitę reliquias meæ?
Geminam inter ſortem,
Si vis quid malim ſcire, malo mortem.

Sine te non poſſum viuere,
Viuam potius ſine me.
Ferro dabo iam ceruicem,
Nec me dicam infelicem,
Si peribo coram te.

Sine te &c.

Mic. Quocumque greſſus ſrahis
Micolem etiam trahis, & ducis tecum,
Quo ferar ipſa, mecum
Dauid ſemper habebo;
Amans amantis facie non carebo;
Vade quo Fati Rigor,
Quo dolor iuſſit meus,
Citò ad maiora te remittet Deus.

Dau. Dulcis fuga, amoris filia,
Per Vepreta, ceu per lilia
Noſtros procul ferat pedes;
Ire procul pes audebit,
Tecum ſemper cor manebit,
Nec relinquet dulces ſedes.

Dulcis &c.

Mic. Precibus victus meis
Tandem fugæ inclinauit,
Et noſtram vita ſua vitam ſeruauit.

Amor

Amor, & Charites
Spargite violis,
Quas calcat ſemitas
Sponſus amabilis.
Quos tangit ſilices
Vernent liliolis,
Sit tellus floribus
Solida, & ſtabilis. Amor &c.

Saul. Vbinam latet impius? Enſes, tela, ſecures,
Nodi, laquei, catenæ
Huc, huc adeſte, digne Rebellis pænæ.
Vulnerate,
Trucidate,
Lacerate iniquum cor:
Cor iniquum lacerate
Aduolate.......
Sed quo? quo, Nata, raptor Imperij fugit?
Quis iuſto eripuit ferro?
O proditricem Natam, Natam ream?
Tu Patris in exitium, in Patris necem
Aſpidem ſinu tegis,
Fugam Rebellis Regis?
Ite Cohortes, ite,
Et fugace deprenſo, ad me redite.
Phal. Nihil peractum; Natæ infidelis ope
In tuto ſedet reus.
Saul. Fruſtra peribit ergo furor meus?
Phal. Natam Genitor crudelem,

Natam clama perduellem,
Fecit fides infidelem,
Dum ſeruauit tuum rebellem.
Natam &c.

Mic. Sile; culpamque meam,
Si culpæ eſt innocentis
Sponſi vitam ſeruare,
Cœlo puniendam linque, & Genitori,
Nec ira addatur iræ, ardor furori.

Non deficit Patri,
Qui ſponſum tuetur;
Filia ſeruat Innocentem,
Ne nocentem
Patris dexteram miretur.
Non &c.

Saul. Rumpe nefandas voces,
Pone tam dirum cor, Soboles rea;
Cadet, peribit impius
Pacis noſtræ turbator,
Tu corde amorem tui Coniugis dele,
Rex imperat, & Pater
Monet, ſuadetque; aut mentem
Alijs flecte Hymeneis,
Aut morte pænas furijs perſolues meis.

Mic. Petis vitam, quam dediſti?
Poſſum dare;
Poſſum dare Patris amori,
Poſſum dare Regis furori,

Poſſum mori:
Sed non poſſum non amare.
Petis &c.

Saul. Animos pertinaces
Mors flectit ſola, flectat;
Mori iure fas eſt, quem mors delectat.

Phal. Per hos Pedes regales,
Oro maxime Regum,
Per dexteram inuictam
Tanti Regni tutamen,
Ne fœminilis culpæ
Vindictam quære; tempus veſani amoris
Grande remedium eſt.

Saul. Iners remedium,
Regum clementia eſt, vbi inſtat ſcelus;

Phal. In Rege ſit Pater,
In Patre ſit Rex.
Semel imperet potentia,
Semel iudicet clementia,
Vt ſit iuſta mortis lex.
In &c.

Saul. Viuat, & debeat tibi
Vitæ reliquias ſuæ; viuat, vt tandem
Duriorem ferat mortem,
Ni mutet Hymeneus pectus, & ſortem.
Ardet pectus furore terribili,
Quando Regis deluditur ſpes.
Arbor eruta celſo de culmine,
Mons ardenti reuulſus à fulmine,
Apud

Apud iram ſunt debiles res.

Mic. Nil morte leuius illi, qui cupit mori,
Mors infælicis, ſemper
Adſcribitur fauori.
Si mori pigeret,
Ignobile pectus
Fortuna dediſſet,
Mors illa doleret,
Si ſponſus dilectus
Me coram periſſet. Si &c.

Dau. Nemora, Montes, vmbræ,
Silentia amica, miſer, exul, inops,
Fugiens Aulam Tyranni Aulam fallacem,
Veſtram imploro pacem:
Heu quis Dauid infelix,
Quis heu, Sponſa fidelis,
Te mihi, & tibi me rapuit crudelis?
Zephiri molles
Per iſtos colles
Alas amabiles
Diuerberate,
Et mea ſuſpiria,
Fletus, & lacrymas
Auræ adorabiles
Sponſæ portate.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

SECVN-

Digitized by Google

SECVNDA PARS.

Phal. ORicalça, Tubæ, & Tympana
Carmen barbaricum
Exululate.
Vobis enſes iam porrigit Gloria,
Iam laurus victoria
Triumphate, triumphate.
Oricalca &c.

Sed quis repente Deus
Palmas in Clades vertit?
Quis in funus victoriam nunc conuertit?
Fugiunt Milites? heu, Rex ipſe totas
Laxat habenas, & in tergum gemens
Preceps, exanguis ruit.

Saul. Heu Fatum Regum! vixit, regnauit, fuit,
Nec viuit nunc, nec regnat
Infelix Saul, infelix
Diræ exemplum Fortunæ.
Serui, Milites: Io: tamduram ſortem
Vt veſter fugiat Rex, quis donat mortem?
Cuncta rapiat proterua, implacabilis
Mihi mortem non auferet Sors.
Sed quam negat ingratus amicus,
Quam non dedit inimicus,
Ab hac dextera dabitur Mors.
Cuncta &c.

Phal. Ah, ſiſte, ſiſte Rex, heu Rex, Princeps!
Cadit

Digitized by Google

Cadit exanguis, pallens,
Sanguine tinctus ſuo:
Heu finis Regum!

Mic. Pater,
Infelix, nec iam Pater:
Solùm ærumna mea, nomen infelix
Filiæ reliquit mihi;
Nomen infelix heu, nomen ingratum,
Nomen, quo ſemper me cruciauit Fatum.
Niſi ſcindis ingratam hanc vitam
Seue dolor ah debilis es;
Ferus enſis ſi Patrem trucidat,
Filiæ vitam qui recidat
Alium enſem tu mihi, tu des.
Niſi &c.

Phal. Lacrymis, regia Proles,
Lacrymas ſequor tuas,
O ſponſa, quondam ſponſa, nunc dolor meus;
Hæc nobis Hymeneus
Miſcet ſponſalia? ô nunquam
Stabilem in delicijs Sortis rotam
In ærumnis immotam!

Mic. Solutæ in lacrymas
Ite pupillæ;
Amoris vltimi
Ite ſcintillæ;
Sint Pyra flebilis
Amato cineri
Veſtræ fauillæ. Solutæ &c.

Vitas

Digitized by Google

Chor. Viuas Dauid, viuas, viuas,
Viuas Rex noſter.

Dau. Quis feralis inter
Vitæ cupreſſus meæ miſcet oliuas?

Cho. Viuas Rex noſter Dauid, viuas, viuas.

Phal. Exue Paſtorem Dauid, & Regem indue;
Habilem ad ſuprema
Regni faſtigia te Populus clamat,
Et ad viduum Diadema
Te cum Micole tua Regem proclamat.
Lætas palmas, & virides laurus
Per tuas comas iam ſurgere aſpicio;
Iam tubarum ad lætum clangorem
Ante Regem, & Paſtorem
Noſtros hoſtes proſtratos deſpicio.
Lætas &c.

Dau. Noſco ſupernæ mentis
Arcana mirabilia: æternum fulmen
Sternit excelſum Culmen,
Et per ignotos calles
Erigit imas valles;
Interque rura, & greges
Legit Miniſtros ſuos, Duces, & Reges.
Vale, vale Pax amabilis
Pax conuallium, & vmbrarum,
Solium vocor ad regale
Vale, vale
Pax amabilis Syluarum.

Phal. Sume purpureum decus, & Comarum
Ado-

Adoratum diademā,
Et in arce ſuprema
Imperium moderare, & regni res,

Dau. Micole? Sponſa? vbi es?

Mic. Inter funera, & luctus,
Et filia pluſquam ſponſa,
Lugeo funeſtæ Sortis
Luſus crudeles, vices & ictus mortis;
Semper flere coacta,
(Sortem ream inclementem!)
Vel ſponſum, vel Parentem.

Dau. Refer ad Aſtra mentem,
Vt Sponſa ſerenentur
Nubila Cordis tui; Nam fletus iſte
Quantum decet Parentem,
Tantum dedecet Sponſum,
Sponſum ſimul, & Regem;
Ceſſent luctus, & clamor,
Repetant vultus tuos riſus, & Amor.
Quantum habes pro Patre meſtitiæ,
Tantum lætitiæ,
Sponſa, oſtende coram me.
Non ingrata Genitori
Des, & Coniugis amori
Partem aliquam in te.

Quantum &c

Mic. Quis libertatem flendi
Auferet infelici?
Pater eſt, quem ploramus,

Pa-

Patri, quem rapuit Mors, lacrymas damus.
Ite in lacrymas
Ite mea lumina;
Dum deploratis
Genitorem,
Saturatis
Fati rigorem
Irata Numina. Ite &c.

Dau. Non ſit flagrantior æquo
Regali in corde dolor;
Minus fragiles minus
Animos habeant Reges
Quàm Populorum greges.
Ceſſent lacrymæ, & planctus
Quibus cordis ſerenum obſcuratur,
Ceſſent, imperat Rex, Sponſus precatur.

Mic. Sponſe
Dau. Sit riſus labellis
Sponſa
Sit nitor ocellis,
Sit Animo pax.
Ite procul, ò nubes doloris,
Niteſcat Amoris
Lætiſſima Fax.
Sponſe &c.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google